

PRIERIAS, Silvestro (O.P.)

Replica Fratris Silvestri Prieriatis...
ad Fratrem Martinum Luther Ordini-
nis Heremitarum. — [S.l.]: [s.u.],
[s.a.]. — [16] p., A-B⁴; 8^o

Port. con orla xil. — Fecha pro-

bable de imp. S XV

1. Luther, Martin — Cítica e interpreta-
ción 2. Luther, Martin — Kritika eta
interpretazioa I. Tit.

RF-196 Enc. piel con hierros dorados
en cub.

Replica fratris Siluestri
prieriatis : Magistri
sacri Palatii aposto-
lici: ad Fratrem
Martinum lu-
ther: ordinis
heremita-
rum .





Sacrae litterarū professori. Fratri Martino Luther:
ordinis Heremitarū: Frater Silueſter de Prierio orō
dinis Predicatorū: sacri Palatii aplici magiſter Sal.



Alium te esse optarim Martine Carisse
me. Cum resolutione tuarū positionum.
etiā tuam responsionē ad nostrum Dia
logum excepi. Quia ex re & si me acri
ter & quidem artificiosissime tāgas: item
etiā pungas: & quanta clam fieri potuit eloquētia. & vi.
dehoneſtare queſieris: quia tamē tuum spiritum Ponti
fici se subicientem primo oculoꝝ coniectū iocundissime
vidi: necnō cōclusionem quā hereticam notaram reuo
catam: cor meum adeo in te dilatatum eſt: & amoris
dulcedine cōmolitum: vt aliud exturbare me deinde po
tuerit nihil. Cum tamen hinc me in ea que ad me dedi
ſti totum cōtuliffem: que in me & in mea dicta tela ade
geris: & quāta latēter arte: tantum sum minatus: vt in
me expleri miraculum nequeat: adeo vt cum omni ſis
arte & colore Rethoris vſus: ipsam quoq; artem: hac ar
te celare volueris: vt te aſtrueres. nolle in loquēdo meis
artibus vti cum poſſes. Immo aliquādo me effinxisti in
epte: ne perfectus fictor haberi poſſes: sed Miſſa ſint eius
modi: dicamus vero quod cum dicta mea vt cūq; mo

morderis & pupugeris : in me tamen omnia pene tua
tela coniurant : me petunt Et quidem cōtorquente non
Theologia: non Philosophia : sed præpolita & astutijs
assueta Rhetorica: que verba multum. veritatem paze
curat: modo populares aures inflectat. Ea propter cum
longe plura in me q̄ in mea dicta spicula ieceris: nūc ea
que in me: propediem vero ea que in mea dicta iacula vi
brasti & contorsisti: veritatis munimine ceu scuto reclus
reiciam : eo vel maxime quod vehementer exoptem spe
culatine dūtaxat tecū agere: quod equidem mox aggredi
ar q̄ primū. S: ex cōmentarijs illis in quibus me submer
sisti. emerfero. Ita vero optarim hec mea dicta capias vt
non in spiritu superbie vel iracundie : sed excusationis
potius edita : & plerumq; etiam ioci gratia : salua sem
per eminente scientie Christi caritate: que visa tua ad
Pontificem humilitate item & obseruantia (modō non
fingas) nuper in te: mea ex mente pullulauit. Cum .n.
meum velle sit Pontificis (vt par est) si Pontifici con
sentis atq; comunicas : itidem tecum faciam necesse est:
quamq̄ theorice bellū ingens salua vt dixi caritate mihi
tecū sit. Igitur vt prætermiſſis exordijs re ipsa exordiar.
IN primis me taxabas quod nosſer ad te Dialogus sup
ciliosus sit: & tractatu tuo prolixo (ne tuis verbis vsus
dicam verbosissimo) pene continue in me impingis: qđ

bili & effrenata colera affectus excederem: quod quod iuste & merito id agas: ex hijs paucis accipe, Ego .n. quod quod urbis & orbis domini nostri spontaneo munere inquisitor: ac proinde siue ordinario siue delegato iure. in spectatibus ad fidem index: ad te responsa dedi: non propter te tantum: quin potius propter alios vel maxime rudiores: in quibus tuus sermo sensim ut cancer serpebat: non secus quam contra donatum aut Faustum aut manicheum: A deo tua verba romanam Ecclesiam. item et Romanum Pontificem in primis omnium iudicio grauer impetebant: ac si talia in lucem dedisses quasi mox ad bohemos cum migraturus: aut magnis aliquod ac latens adhuc scisma propalaturus: Ea propter stimuli ac clauis tui. simplicium gratia & vniuersi populi Christiani: non autem te propter retundendos existimari. Et nihil eo minus cum non ex bili & colere seruore (ut astruis) sed dei zelo in primis. & tuende veritatis gratia ac demum interuentu fidelitatis quam Romano Pontifici iureiurando tuli: ad te breuissimum dialogum edidissim: In primis eum discutiendum per eos ad quos attinet curam: ne forte grauius quam par erat te impetuissem. Adde quod tui ordinis nomen: cui meo & omnium iudicio plurimum dedecoris eras allaturus (utinam autem faxit deus fallar) subitici: quod utique si colerico humore efferuissim (ut scribis) non effecissim. Denique vbi per viros graues proba

ta sunt mea: in lucē dedi. quid ergo malivolētię vlt̄ vt ita
dicam exardescētis colere toties me arguis: quā nihil
non discussum: non probatum: non laudatum prius: ex
tulerim. Tu vero qui vis vt Christum in te deconantē
audiamus: vide q̄ modeste: q̄ humiliter: q̄ caritative: q̄
reuerenter Magistro sacri Palatij scripseris: qui ad me
dehonestandū. ex sententia. & ex cōparation. quanta po
tūisti arte. caliditate. mendatio. v̄sus: tandem cū nihil tibi
vltra euomendum superesset: cōminatus es quod me in
postēx tanta modestia non excipies (te enim ais cohibuī
sti) nisi armator me in harenam contulero. Et quidem
interim quia de armis sermo se intulit: in harenam hys
telis instructus descendam: deo duce & comite veritate:
quod nisi te omnīū inditio strauero: & demōstraro (qđ
tamen Theologice dictum volo) demonstrauero inquā
quod tua dicta heresim cōplicāt: nolo viuere: sed de his
nunc satis.

Deinde vero toto pene libello tuo: irriseris qđ nihil pro
bem: quod cum Thoma meo nudis verbis vtar. Quod
q̄ iuste facias: cunctis mea intuentibus liquet: quippe qui
& in exordio & in calce Dialogi: apertissime docui me
nihil aliud tunc efficere voluisse: nisi positiones contra
tuas positiones in publicum asferre: simul vt cauere didi
cissent simplices tuas falsitates: & a te tua fundamenta

extorquerem : qui iudē nudas tuas positiones nobis intue-
leras : & adeo amphibologicas : vt p plures in eay plerisq;
nihil nisi presumptionem & audaciā & eiusmodi intue-
ri possent. Hoc autem ex parte feci : quia nullus est tam
insanus : qui nostra conserat tuis : & non pre serat. Item
etiam tu in probationem tuorū . maximā pharaginē edī-
disti : in qua liquet quid valeas vere : & quid tecum : in
qua etiā diuina eloquia copiosissime quidē ; sed tñ more
declamatorio citas : & adeo sapienter : vt pene nihil pro-
posito & instituto tuo atineat : sed neq; illud miraculo
ascripserim : quippe qui me & Thomastos (vt tuo vtar
irrisorio vocabulo) & Thomam ipsum irrideas & cri-
mineris : quod distinctionibus assueti : his crebro vtuntur
O magnum Thomistarum dedecus. Immo maximam
gloriam . Tu enim qui tua doctrina Mundum te inno-
uaturum putas : & euersurum antiquorum monimenta :
dum scripturas indistincte intelligis : quasi nihil equivo-
cationis aut analogie contineant : consequenter autem cō-
fuse intelligas . & scribas . & doceas : necesse est . Quod
vniq; ista tua magna pharago probat : in qua tuis dictis
ita coharent tua que citas testimonia : sicut catus et simia
inculeo : ubiq; propterea verū est illud sophisma . nihil
& chimera : litigāt in sacco tue . s. cō fuse pharaginis . Itē
rum autem atq; iterū & ad nauisem repetis : quod sim

vere Thomista & Aristotelicus & quod preter Thomam
nihil mea verba redoleant: quod equidem quando ad te
scripsi opportunum & satis mihi fuisse astruxerim: ad te
bi in maledictis contradicendum: Vi surus es autem euesti-
gio: an ego quoque & forte longe melius quam tu: manum
seruilem subduxerim: & an sum purus Thomista vel In-
rista aut Canonista aut paulista aut certe sophista. quod
etiam si diuum Thomam solum familiariter nouissem
non plus ascriberem probro: quod me & quidem verissi-
me Thomista vocitas: quod cecus prius deinde lumine de-
coratus a Christo. phariseorum maledictionem ascripse-
rit: qua pharisei: Ioanne Euangelista teste ei maledixe-
runt dicentes: tu discipulus eius sis .i. Iesu Christi O
maledictionem & opprobrium singulare. esse discipu-
lum Christi: aut etiam diui Thome: cuius doctrina velis
nobis per Ecclesiam Romanam cribrata est & probata
non quasi canonica: sed tamque moribus & fidei catholice
conformis. Et quam summus Pontifex Innocentius ex-
cepta scriptura canonica. doctrinae Sanctorum omnium
antefert dicens. Huius sancti doctoris sapientia pre cete-
ris excepta canonica: habet proprietatem verborum: mo-
dum dicendorum: veritatem sententiarum: ita ut nunquam
qui eum tenuit: inueniatur a tramite veritatis deuiasse
& qui eum impugnavit semper fuit de veritate suspectus.

Quid ergo cōtra Thomam faciunt presumptuosorum
& sciorum latratus? Vide an tuus ordo peritiorē aut
sanctiorē habuerit: quē sequaris: quū magnus bisarion
elegāter eructauerit: diuū Thomā inter sanctos doctissi-
mum. inter doctos sanctissimum. Immo teste veritate q̄
Christus est bñ scripserit: Nisi forte mihi Augustinus
obiciatur: sed oporteret prius vestra iurgia sopiri. Tu ve-
ro postergato non Thoma modo: sed doctore alio quolibet:
quanta vis Sanctitate prepoleat: ad probandum qđ
Romanus Pontifex decernēdo de fide & moribus possit
errare: inniteris baculo harundineo: tuam manum ter-
rebraturo .s. Abbati Siculo: viro olim rebelli & scisma-
tico: qui in Basilea: vbi basiliscus pululauit: pileum
iniquitatis emeruerit: qui etiā quemadmodū Sathanas
in omni suo opere: suam antiquam superbiam redolet:
ita & ipse in omni sua doctrina redolet suum scisma:
ex qua re cogitur interdum ineptias docere cum securus
non habeat veritatem: quę etiam a te in hac re in tuam
uiq; ordinis ignominiam proscripta est. Nempe ait qđ
Pontifice Maximo & concilio de fide disidentibus: ei
standum esset cuius rationes essent meliores. O irre-
fragabilem virum: cui inniteris irriso diuo Thoma in
re tanti momenti: apud quem Ecclesiam insufficienter
institutam dixeris: quippe cum euenire possit litigium:

quod Ecclesia terminare nō possit . Quis .n. inter Pon-
tificem & concilium iudicabit : vtre rationes sint potio-
res . nisi aut idem sit iudex in causa propria : aut infide-
les vel ecclesiam vniuersalem iudicem cum tuo Siculo
facias : ac perinde ab extremis terrę omnes vetulas con-
uocemus ne ille desint apud quas est vera fides . Sed
quia eiusmodi ad alium Tractatum attinet : missa sint.
Addycis & Gersonem in tui munimen : qui & ipse de
potestate Pontificis pessime sensit & scripsit : non modo
apud Thomam lumen mundi : sed apud Doctores tui
ordinis & apud Canones , Hij Doctorelli cū te faciant
de Romana Ecclesia superbe sentire : & multi alij qui
equo animo non ferunt eam esse caput Ecclesiarum :
sunt tibi Martine Frater : multorum erratum causa .
quid autem mirum quod Thomam nihilipendas cū &
Aristotelem ipsum quem tota natura vt ita dixerim mi-
ratur : & cuius veritate . Boetio teste nihil clarius : &
in cuius doctrina siue in Logicis siue in Physicis siue i
moralibus hæctenus nulla sit inuēta falsitas : preter id quō
non certe : sed eodem teste dubitatur de mundi eternita-
te sensit : tu adeo debonestas : vt tuis deberes verbis erubescere .
Reliquū est ergo vt te auctore quasi altero archita-
vi Platone aut Pitagora : nō Thomā modo aut Aristo-
telem : sed Doctorū omniū qui celebrantur : cū ascripto

rum celestibus tū etiam non a scriptorum: scripta in me-
lis cōmutemus: quasi nescij rerum incōsiderate scripse-
rint: & Pontifices inaniter indulserint venias. Occurrit
nunc dictum illud tuum: quo me cum criptis diue Præ-
dentiane aut egregij martyris Sebastiani irrides: quasi
ego hīs vulgi oppinionibus sim probaturus: quod eccle-
sia per venias concedat animarum liberationem a pur-
gatorio. Non citabo antra vel criptas: sed Auctores ta-
les quos si negabis: negaberis & damnaberis. q̄ vero
tu subtiliter probaueris tua per clementinam citatam:
propediem videbis: illud tamen non silebo modo: quod
reuera egregius apparuisti canonista: & qui omnium
sanctorum doctrinas aspernaris: inestimabilem & inme-
sam molem: in glosula & quidem male intellecta fun-
dasti. Sed vt dimittā Thomam: & ad propria me cō-
uertam: crebro me adulatorem vocas: quod quidem
purgare erubescō: tibi tamen aliorum gratia responde-
rim: quod ea que de Pōtifice Max. scripsi minora sunt
virtutibus eius personalibus: Cum autem veram pro-
tulerim (teste Clero & Populo Romano ac toto pene
orbe) qua temeritate de intentione mea iudicare presu-
mis. quin & partes meas egi: si te impeterē Pontificem:
cui fidem ex Christiana religione: & ex proprio iureiurā-
do debeo: reieci. An nō & que licet mihi cū veritate ad

defensionē laudare Pontificē: quē tu quātū ad te attinet
grauiter sedasti? sicut & tibi cum falsitate bene maledi
cere. In qua re omniū quos vnq̄ legerem palmā trium
phumq; reportas. Quod autem dicis per Germaniam
tuam id dici .s. q̄ adulatorie docuerim: respondeo me
tibi illud non credere: sed potius quod mea scripta & in
hac re & in alijs maiori honori & reuerētī; in Germa
nia sunt q̄ tua: & forte q̄ esse possint: probauerim ista fa
cilime & de meis in sphaera ac theoreticis comētarijs & de
aurea rosa: & siluestrina: & epithomate capreoli quod
lipsis ex legato publice legitur vt accepi: & de alijs: nisi
timmerem quod superbum aut vanum me acclamares.
Vidēo autem nunc te iterū querellis agere quod te Pon
tifici inuidiosum efficiam. Sed vtinā tua scripta: & tuū
aliquid quod taceo: non te Pontifici tantum sed vniuer
so orbi Christiano in sensum fecerint. Ego enim meo
more si vere & humiliter senseris: p̄ viribus te iuuabo
nec vana loquor. Ingentem ignem palearū foliculis con
citasti: & modo dicis quod scilendo te eripere hinc ne
queas. Utinam te scires eripere bonis & dulcibus ver
bis: sed quod deterius dixerim: ad priorum excusationē
noua euomis & falsa & scandalosa: quibus tamen niue
um scutum apponis: quasi non assertiue sed disputatiue
loquaris: ac si leue & non graue peccatum sit talia ex

ambiguitate disputare: & deinde te ad futurū conciliū q̄si
ad singulare presidiū reducere: quod te tuus ille scisma-
ticus forte docuerit. Nec tamē interim volo Romano-
rum me scelerum patronum vocites: vt interrogando
minaris: sed magis si libet Romanę doctrinę non pa-
tronum quidem: sed professorem magis: & pro viribus
defensorem. Sed vt Dialogum nostrum prosequamur
scribis te nescire an alium in Italia & alium in Germa-
nia habeamus Thomam: quod .s. ego dissentiā ab hys
qui sunt in Germania meis: sed hac in re haud tibi cre-
diderim: quippe qui puto quod alios eque vt me false ci-
tes: & sicut nostra ita & aliena prave intelligas: siue inge-
nium siue affectum eiusce causam putarim: & quę te
recte intelligere inficiari nequis: in obliquum detorques
& ne me ad auras loqui putes: verbi causa vnum aliqd
in medium deducam. Reuolue oro diligentius si lubet
verba mea & diligenter aduerte: an ex hys haberi possit
quod pauperi sine veniali peccato elemosina negari non
possit: vt mihi falso ascribis: in qua re grandi verbosita-
te me insequeris: cum nō Siluester sed Martinus illud
somniauit. Si me intellexisti qui illud ne cogitavi quidē:
cur contra me tot mendacia conuoluas? si vero me non
intellexisti: ingenio sobriore lectioni et studio te addice
Impingis quoq; in me mirabiliter & de philargiria &

de ambitu dignitatum: quod eius rei gratia adulatorijs
verbis applaudā. Ad que aliud nihil dixerim: nisi quod
mei cordis secreta tu forte exploratoria tenes q̄ ipse tene
am. Si tamen de dignitatibus agitur: scio me iuuenem
Episcopatū cum sexcentū aureis reiecisse: forte autem
ex senectute delirus: aliquādo poterō a meo instituto qđ
quadraginta septem annis & eo amplius in vita regula
ri uiriliter tenui: molitie deflekti. Sed nec officium ipsū
quod domini nostri munere p̄sequor: me aut quesuisse
aut appetuisse scito: sed tantum gratias egisse. Breui au
tem si aduāxero: me tibi et mundo ostensurum dixerim
quod in medijs globis flammarum. cum deliciarum &
diuitiarum: tum etiam dignitatū & illecebrarum: neq;
tactus sum neq; afflatus. Tu uero ais quod Christum
in me loquentem non audis: sed neq; ego uocem eius au
dio in te: preter vnā qua te Pontifici protraxisti: Sed
aliud quiddā in te mihi garrit: vnde aut in neutro n̄m
Christus loquitur: aut alter Surdus uel obaudiens est.
Oremus Christum: ut sermones eius intonemus. Scri
bis autem me ex suggestionē loqui declamantium ueni
as eorumq; me exhibere patronum: Sed q̄ longe in hoc
quoq; a ueritate aberres: nouit omnium p̄scius Deus
cum ne uerbo quidem: ne apicibus dixerim: quācūq; a quo
uis eorū exceperim: uiuit dominus: quin eos a principio

minoristas putarim, Ad id vero quod me de heresi donatistarum noxas: cum dixerit a quo sit dispositio ad Dei gratiam requisita: poteris verum ferre iudicium: nunc vero: te ante completum ut aiunt euangelium, consignasti.

Petis item cum qua Ecclesia de Conceptione Virginis sentiam: dico autem me nescire cum qua; credere autem quod cum Romana: cum ex scriptis eius mihi mea sententia fluat: cum vero decisa res fuerit: sciam cum qua. Interim autem credam cum ducentis sexaginta sex doctoribus quorum nonnulli sunt ordinis tui: te autem cum tuo olim schismatico relinquam: crediturum ut placet.

Addicis ut nil odiosum dimittas: et dereuchelino: quasi ordo Predicatorum illum insequatur: et non vniuersitas Parisina et Coloniae. et ceteris: quis autem eum tueatur veritas an hebrei an Crisostomus. an utriusque: nescio: vnum tamen scio quod offitia mea que sunt viri iusti et misericordis. ignoras.

A scribis quoque mihi quod entellum me esse effinxerim: cum ego daretis tantum: et hoc gratia ostentationis virium: et provocationis in pugnam nominarim: nunc autem tibi illud Hieronymi ad Aug. dico: memento daretis et entelli. Entellum etate grauem: inueta leuis daretis: in vanum risu: statim poenas daturus. Scribis postremo me pro voto meo facultatem baptizandi te assumere et

quæcūq; animo meo in se derint nomina imponēdi . Sed
reuera nomen tuū propriū ego nūq; extuli: efferunt ve
ro illud passim tui ordinis patres. Sunt q̄ plura alia : que
in me tela cōtorques Martine: sed iam animus indigna
tur has res sordidas euoluere: presertim cum nō amaro
animo sed pleraq; ioco plurima inter excusandum pro
tulerim. Interim me accingam ad dicta tua q̄ plurima
explodenda : oro autem te si Christum amas : ne plus
sapias q̄ oportet: sed ad sobrietatem: et quam cepisti viā
perambules iugiter et perseverāter : quod si feceris puto
quod etiam in me sis audientis Christum loquētem &
forte Siluestro quem nunc horres : tūc amicū fideliore
habiturus es neminem . Vale